

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,  
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &  
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque  
obeundi**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ, 1690**

Consideratio Excitatoria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](#)

finam, donec Scientiam Sanctorum  
fecte calleam; & omnium virtutum  
ream adipiscar.

## III.

IGNIS ET LIGNA  
AD VICTIMAM HOLOCAUSTI  
EUCHARISTICI.

Sive

Considerationes & affectus  
Pro Tempore Quadragesimale.

*Consideratio Excitatoria.*

**E**xpende: si Christus Sacerdos in  
enum, & Sanctus Sanctorum tri-  
trium annorum spatio, tam ad illud  
entum, quam ad incruentum hoc sac-  
cium tantâ se solertiâ comparat, defi-  
tio tanto anhelat, & jamjam illud au-  
catus tot ritibus & ceremoniis prævi-  
disponit, Cœnaculum grande stratum  
trat, Agnum paschalem manducat,  
teo se præcingit, aquam in pelvem mit-  
pedes Discipolorum abluit, cum illis sum. P.



discubbit, panem & calicem in manus  
sacrosanctas sumit, oculos in cœlum at-  
tollit, gratias agit, benedicit, offert, con-  
secat, idemque Apostolos facere præci-  
pit: Quæ præparatio, quæ industria, so-  
lertia, cura Sacerdoti tot imperfectionibus  
obnoxio, mysteria sacrosancta tractaturo  
incumbet? Negotiōne tam grandi horu-  
lam denegabit, cùm plures quotidie ho-  
ras levioribus negotiolis, utinam non  
inutilibus addicat? O si cum Sacerdoti-  
bus & Episcopis sanctitate illustribus,  
noctes integras orando insumerem! O  
si cor cùm lacrymis coram Deo effunde-  
rem! o si in ferventissimos omnium vir-  
tutum actus exardescerem! atque hac ra-  
tione, sicut ille, admirabiles ac prorsus  
stupendos hujus Sacramenti & Sacri-  
cij effectus experiri mererer!

## ANTE SACRUM

Christus Animarum Medicus sanans  
omnem languorem. *Matt. 4.*

Suspiria.

*Saname, Domine, quoniam infirmus*  
*sum. Psalm. 6.*

K §

De-